

tamen per Ias. in d. l. si insulam, num. 35. reprobatur, & ibi etiam ipse attestatur de communi, idem habetur in decif. Pedemon. 49. num. 11. Baiard. n. Illius legis. Vide de hac materia Rom. conf. 137. Ros. 109. o. Successive quaro. Adde, quod ultra t penam promissam, qua applicatur fisco, fideiussor etiam tenetur parti ad interesse, Afflict. in decif. 234. Foller. in pract. crim. in fragment. numero 260. qui dicit communiem, Viuius commun. opin. 109. Contrarium autem tenuit Paulus de Castro in l. 2. §. in fideiussorem, ff. qui satisda. cogan. Capoll. conf. 25. numer. 2. Menoch. de arbit. iudic. casu 304. numero 5. & Grammat. ad Afflict. decif. 234. dicit, quod e anno 1531. secus Senatium fuit in magna Curia Vicaria in causa cuiusdam Francisci Paragalli cum quodam Francisco Hispano, qui si-

QVÆST. XLVII.

Explicantur multa, quæ ad fideiussionis de non offendendo materiam pertinet.

S Y M M A R I A. Ex Claro.

- 1 De cautione de non offendendo.
2 Et nunquid a parte regulariter peti possit.
3 Et an possit index ex officio cogere partes ad illum prestandam.
4 Et quid si pars illam petens dederit causam inimicitia.
5 Et an hæc cautio prestanda sit cum fideiussoribus.
6 Et quanto tempore duret.
7 Et quid si durante promissione de non offendendo inter aliquos vnus offendat alium, an possit deinde alius illum impune offendere.
8 Et quid in inducijs.
9 Et quid si ex noua causa sequatur offensio.
10 Et quid si eodem tempore vnus alterum offendat.
11 Et an si quis offendat fratrem alterius, dicatur incidisse in penam.
12 Et quid si adulterauerit eius uxorem.
13 Et quomodo hæc pæna, & pro quibus portionibus transmittatur ad hæredes, remissive.

Ex Additionibus.

- 1 Promissio de non offendendo quid sit.
2 Offendere quando quis dicatur, vt incidat in penam promissam de non offendendo.
3 Offensio verbalis an comprehendatur sub cautione prædicta.
4 Offensa personalis, & in personam quomodo differant, remissive.
5 Cautio de non offendendo an duret extra territorium.
6 Et an comprehendat consanguineos alienigenas.
7 Et an bannitum nominatum in tregua.
8 Et quid si ad sit iuramentum.
9 Et quando intelligatur rupta, remissive.
10 Mandatum speciale requiritur ad petendam dictam cautionem.
11 Cautio prædicta an sit prestanda pro familia, & adherentibus.
12 Et an a marito uxori.
13 Maleficium quomodo impediri possit, remissive.
14 Cautionem prædictam petens iustam causam timoris probare debet.
15 Et quæ sit iusta causa, remittitur arbitrio iudicis.

tere promiserat Hieronymum suum nepotem in causa criminali, qui au fugit, & ipse fideiussor carceratus fisco pœnam soluit, & liberatus fuit, & ista opinio magis videtur æquior, ne afflictio addatur afflictio, quando scilicet ipse fideiussor non fuerit in dolo, vt reus fugam arripere. Ita dicit Laurent. Tenni. in cautione 76. Et ego nunquam vidi in practica, quod fideiussor teneatur ad aliquod interesse partis, quando certa pœna est promissa, & idem affirmat Dominus Farinacius in quaestione 34. numero quinto, quem post hæc scripta vidi. Baiard.

Resp. quod applicatur fisco, & ita obseruat consuetudo, vt attestatur Bartol. in d. l. si quis reum, num. 4. de custod. reorum, vbi etiam Ang. nu. 7. dicit, quod & ita practicatur.

hæc scripta vidi. Baiard. p. Itapraciticatur. Et est generale Boss. de pœnis, nu. 30. qua soluta non tenebitur ad aliquod versus partem, ita Farinac. tit. de carceribus volum. 1. q. 35. per totam, & præcipue num. 29. & 30. Ros.

- 16 Et quid seruetur in statu ecclesiastico.
17 Iudex potest ex officio cogere partes ad dictam cautionem.
18 Cautio prædicta si contineat diem, au currat de momento ad momentum.
19 Momentum quot modis sumatur, remissive.
20 Cautionem prædictam prestans sub protestatione, quod valeat, nisi similis per partem fuerit prestata, si interim offendat, an excusetur.
21 Et protestatio prædicta an sit admittenda.
22 Cauere nolentes sunt carcerandi.
23 Pater an cogatur ad cauendum de non offendendo filio.
24 Spoletani habent manus nimis promptas ad offendendum, & se v indicandum.
25 Rem duobus vendens an dicatur bene viuere.
26 Saluaguardia quid sit, remissive.
27 Fideiubens de non offendendo, an possit condemnari ex contumacia principalis.
28 Fama sola sufficit in casu pacis rupte.
29 Item contumacia in statu ecclesiastico.
30 Noua causa quando in dicto statu allegari possit.
31 Fideiussor potest se defendere non obstante contumacia principalis.
32 Cautio prædicta quamdiu durat.
33 Quando dicatur rupta.
34 Et quid de pace.
35 Pax facta a pluribus, si vnus offendat, an omnes teneantur.
36 Pace inter aliquos stante, in qua verbis generalibus tantum erant comprehensi banniti, si aduersarij in pace comprehensi dictos bannitos prosequantur, & occidant vnus ex comprehensis expresse in pace, qui bannitus fauebat, incidant in penam.
37 Auctor rixæ quomodo cognoscatur.
38 Pœna an dicatur incursa, si duo ad inuicem se offendunt, & auctor nesciatur.
39 Pax an dicatur rupta, si aliquis ex comprehensibus in ea ante ipsius ratificationem offendatur.
40 Fiscus pace facta non agit ad pœnam nomine partis lese absque mandato, neque etiam suo, si fisci nomine non fuerit acceptata.
41 Cautio facta per totum mensem Maij, & vltra ad beneplacitum iudicis, non extenditur vltra dictum mensem, non facta declaratione beneplaciti.
42 Spiritus an comprehendatur in pace.
43 Et an filij nondum nati, nec concepti tempore pacis.
44 Insultatus occidens insultantem non tenetur pœna pacis facta.
45 Cautionem prædictam frangens tenetur ad pœnam conuentionalem, & etiam corporalem iuxta qualitatem delicti.
46 Cautio prædicta an rumpatur per explosionem Archibusi.
47 Et an per insultum.

Clericus

- 26 Clericus prestans fideiussorem laicum, si offendat, fideiussor coram laico conueniatur.
27 Cautio ab vtraque parte rupta, quomodo exigatur pœna.
28 Tregua inter aliquos existente, si fuerit facta pax, & vnus promiserit filium suum absentem, & in pace comprehensum, infra octo dies pacem ratificaturum post eius reditum, alias pœna treguæ quoad filium tantum duret, si filius ignorante patre redeat, & vnus ex eis offendat, an pater ignorans, & non interpellatus ad pœnam treguæ teneatur.
29 Tregua an rumpatur ex noua causa.
30 Causa noua in dubio presumitur.
31 Et quid si fuerit promissum non offendere quomodocunque, qualitercunque, & ex quacunque causa, tam cogita, quam incognita.
32 Causa noua quomodo cognoscatur.
33 Auctor nouæ causæ non potest nouam causam allegare.
34 Pax non dicitur rupta ex parte prouocati, si incontinenti sequatur offensio.
35 Fideiussor an possit allegare nouam causam. In quæ sit de pace facta non audiuntur extra carcerem in statu ecclesiastico. Et quid de fideiussoribus ipsorum.
36 Insultus dicitur noua causa.

ADDITIONES. Ad Quæst. XLVII.

Requenter contingit. De cautione de non offendendo vide latissime per Farinac. in eius praxi crim. 4. uol. quæst. 107. artic. 2. partis prime, & artic. 3. 4. & 5. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. parte secunda, artic. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 23. vlt. que 35. par. 3. Ros. Frequenter contingit.)

QVÆST. XLVII.



Requenter a contingit, & postquam iudex mandat inquisitum in carceribus sub fideiussione relaxari, comparet

- 1 Adde, quod t promissio de non offendendo est legitimum præsidium, quod iuste timentur iniuriam sibi inferri, ad ipsius instantiam, uel ex officio præsidis, ne partes ad arma procedant, præstari solet: ita tradit Vulpell. de promiss. de non offendendo. q. 73. num. 3.
2 Item adde, t quando quis dicatur offendere, & quæ offensio proprie dicatur, vt quis teneatur ad pœnam promissam de non offendendo, Bero. consilio 202. numero primo, & 25. uolumine tertio, & Cephal. in consil. 587. numero trigesimo nono uolumine quarto, ubi dicit, quod illa dicitur proprie offensio, ex qua potest quis agere suo nomine actione iniuriarum; & Corn. in consilio 511. numero sexto, uolumine primo, quod offensio dicitur omne id, quod prouocat ad iracundiam, & meretur pœnam, licet quandoque large loquendo, dicatur offensio etiam illud, quod non meretur pœnam. Addent ad Bertaz. in consilio 76. sed uide omnino Vulpell. in consilio 26. numero septimo, & octauo, ubi tenet, quod quando agitur, quod ex promissione unius alter teneatur, uerbum offendere strictissime capitur; uidelicet, ut iniuria fiat corpori, uel rebus corpori coherentibus, & ad hoc allegat Deci. consilio 406. & Marsil. consilio 80. numero 31. uide etiam eundem Vulpell. in tract. de pace qu. 9. l. cum sequenti ubi dicit, quod promissio de non offendendo generaliter, seu simpliciter præstata, etiam iniuria uerbales t graues, tamen arbitrio iudicis, amplectitur: secus est autem, si est de non offendendo personaliter, uel in personam, quia offensas, que uerbis fiunt, non continent, & ibi ponit etiam, quænam differentia sit inter offensam personalem, & offensam in personam, t & multa quando quis personaliter offendi dicatur. Et an t ista cautio de non offendendo obseruanda sit extra territorium, uide Franciscus Herculan. de caude

- 57 Occisus bannitum, si in actu occisionis alium occidat in pace comprbensum, non dicitur pace frangere.
58 Offendens patrem, fratrem, uxorem, aut filium, an committat pœnam stipulationis.
59 Vindictam transuersalem committens incidit crimen lese maiestatis in statu ecclesiastico.
60 Et in Ciuitate Spoleti pingi debet in loco publico capite everso.
61 Sponsus an comprehendatur nomine affinium in causa cautionis.
62 Rapiens filiam alicuius non dicitur frangere cautionem de non offendendo, & etiam si rapiendo, & abducendo illam percuteret.
63 Offendens adulterantem suam uxorem, uel filiam rapientem non dicitur pacem frangere.
64 Lim. nisi pro tali iniuria pax inita fuisset.
65 Fur non dicitur pacem rumpere. Fur, & adulter quando dicatur pacem frangere.
66 Aduertans mulierem vetulam, & deformem, non dicitur fecisse animo offendendi, sed libidinis causa.
67 Pœna pacis rupte quomodo sit diuidenda inter consortes.
68 Cautiones de non offendendo præstite in vno territorio, si in alio contraueniantur, an dicatur pax rupta.
69 Bannitus, cui ex dispositione statuti, audientia denegatur, non potest agere ad pœnam pacis ruptæ.

non offend. capit. 9. fol. 39. vide etiam Menoch. de arbit. casu 141. fol. 174.

- 6 Item adde, quod t huiusmodi cautio de non offendendo, uel de conseruando pacem, non comprehendit consanguineos alienigenas, secundum Alciat. consilio 388. uel consilio 39. nobilium, tom. 2. lib. 6. fol. 127.
7 Item adde, t quod nec etiam comprehendit capitaliter bannitum Homie. consil. 112. etiam quod esset nominatus in tregua, & cum iuramento, secundum Gozad. consilio 61. numero decimo quarto, cum sequenti, sed contrarium tenet vituite iuramentis, Marsil. consilio nono, & consilio 107. numero decimo quinto, Grat. consil. 44. uolumine secundo, de hoc uide Herculan. dict. tractat. de caut. de non offendendo. capit. 23. ubi multos allegat, qui t tenent, quod non obstante iuramento non comprehenditur, quando impune offendi potest.
8 Item adde, quod cautio de non offendendo comprehendit etiam offendentem extra territorium loci, in quo non offendere promissit. Bart. in l. illicitas, §. ne potiores, ff. de offic. præsid. & l. in l. fin. num. 12. de iurisd. omn. iud. & ibi Marsil. numer. 20.
9 Item adde, t quod aliquando quis non tenetur pœna conuentionalis, licet offendat aduersarium offensio, quæ pœnam meretur Bero. consil. 202. uol. 2. Baiard.
b Ad præstandam fideiussionem. Latet Vulpell. tractat. de tre. de promissione de non offendendo post eius responsa quaestione 73. usque 106. incluse, & an cogatur pro fratre Laderch. consilio 208. & Farinac. dicta quæst. 107. numero uigesimo quinto, uel pro filio Rodolfin. quaestione 47. Ros.
c Et in primis. Adde, t quod ad petendam huiusmodi cautionem requiritur mandatum speciale, ut per Alexan. in conf. 78. col. 1. in fin. uol. 5.
11 Item adde, t an quis teneatur præstare cautionem de non offendendo etiam pro familia, & adherentibus, ut per Lud. Bologn. in repet. §. Cato, col. 9.
12 Item adde, an, t & quando uxor possit petere istam cautionem à marito, Natta in consilio sexcentesimo decimo sexto, uolum. 2. Baiard.



d *Cautionem de non offendendo.* ] Adde Bald. in capit. 20. numer. 1. de offic. deleg. Ioann. Arno. sing. 30. statutum nostrum Pallanicium in criminalibus, Rubr. 2. lib. 2. vide Plot. in l. si quando, §. 5. sub nu. 37. C. unde vi, & nota, quod de iure loquendo securitas non potest postulari, nisi appareat causa, Bartol. in l. capitalium, §. ad statuas, ff. de pen. Drogh.

*Cautionem de non offendendo.* ] Adde, quod ista cautionem esse debet ad tempus perpetuum, sed debet arbitrio iudicis moderari, vt per Felin. in rubr. de treu. & pace, col. 6. in fin. versic. tertia declaratio. Quid de inimico forensi, qui venit ad Ciuitatem, an possit petere ab eo ipsam cautionem de non offendendo, vide per Felin. vbi supra in 4. declaratio. Et quale detur remediū ei, qui timet offendi a forense, vid. per Ias. in l. si super possess. nu. 7. C. de transf. Melch. de Fac. consil. 73. 2. dub. in 1. uolu. Ziletti diuersi. Scias etiam quod cautio de non offendendo non est superflua inter fratrem, minorem, & maiorem; vide per Rotam Senj. decif. 7. numer. 3. Adde, quod non tenetur quis ad praestandum cautionem, quando non offendisset, nec offendere voluisset, sed potius se defendere re iure licito. Capol. crim. conf. 4. col. fi. vers. 3. sequitur. Et quae sit causa iusta praestandi cautionem, remittitur iudicis arbitrio per Menoc. de arbitr. iud. cal. 140. Giach.

13 *Et haec.* ] Adde, quod pluribus modis prouideri potest ne maleficia committantur, & octo modis docet Afflicti. in consil. intentionis, num. 60. Et iudex, vt obuietur delicto futuro, potest recipere testes non iuratos, & etiam infames audire, delictum reuelare volentes, ad inquisitionem procedendo, vt tradit Monticell. in prax. crim. num. 45. & Barbar. consil. 64. in princip. volum. 1. nam multa specialia à iure sunt introducta, ne delictum futurum committatur, l. nullus, C. de sum. trin. & fide Cath. vbi Bald. & Io. And. in cap. Praeterea de testib. dicunt, quod vt obuietur futuro crimini, derogatur iuri: & iudex tenetur obuiare delictis aliter potest remoueri ab officio secundum Bal. in l. 1. §. quies, ff. de offic. Praefect. Urb. & debet esse facilis ad credendum de delicto committendo ad hoc, ne committatur, Gloss. in capit. hoc videtur, 22. quaest. 5. Barbar. ubi supra, Cassan. conf. 1. Baiard.

14 *Sed nunquid potest iudex.* ] Adde, an petens cautionem de non offendendo iustam causam timoris probare debeat, Mascard. de probat. conclus. 1370. & quae sit iusta causa timoris, remittitur arbitrio iudicis, §. secundum Menoc. de arbitr. iud. cal. 140. n. 40. & in statu Ecclesiastico passim, & §. distincte, nulla facta probatione de causa timoris, partes coguntur ad praestandum dictam cautionem, data prius cautione per partem, quae petit cautionem sibi dari; & quando dubitatur

17 de aliquo scandolo, coguntur ex officio, §. etiam inuitis ambabus partibus. Quinimò iudex in sententia, quam profert ad favorem inquisiti, potest iusta causa subsistente etiam ex officio condemnare inquisitum absolutum, ad praestandum cautionem de non offendendo querelantem offensum, vel testes contra eum examinatos, Franch. in decisione 359. vbi etiam tenet, quod quando vanus est timor petentis reciprocam fideiussionem, pars non tenetur reciprocè fideiubere. Item adde, quod de iure potest iudex ex officio coegere partes ad dictam promissionem, vt per Rot. Bonon. in decif. 65. vbi etiam habetur, quae sit fideiussio de non offendendo, & tregua.

18 Item §. adde, si in d. fideiussione, sine tregua apposita fue-

rit dies, an currat tempus de momento ad momentum, Corn. in consil. 279. in hac consultatione volumin. 4. Et quot modis fumatur §. momentum, vide gloss. in l. 1. C. quae sit longa consuet. in verb. appellat. & Grammat. super consil. Regni in consil. appellationum tempora n. 12.

Item adde, quod petens §. cautionem de non offendendo, cum protestatione, quod dicta cautio non valeat, nisi similis fuerit praestita cautio per aduersarios, quod talis protestatio non excusat ab offensa, quae exinde fieret. Vulpell. in tract. de pace quaest. 81. & ibi etiam §. dicit, quod talis protestatio admitti non debet, nec dicta cautio, propterea annullatur, nisi in eo excessu, in quo discordaret à data per aduersarios; vt consuluit Lauren. ab Occha consil. 66. numero 17. volumine 2. consil. crimin. diuersi. & Bertazz. in consil. 183. numero 13. & 14. volumin. 1. & ibi dicit etiam Vulpell. quod in statu Vrbin. publico proclamata prouisum fuit, vt facta requisitione de cauendo sub poena, cautiones sub eadè poena pro praestitis habeantur, quod est optimum decretum ad euitandum scandala. Et apud bonos, & practicos iudices, quando fit praecipuum ad cauendum de non offendendo, ponitur clausula, vt interim habeatur pro data, si recusant fideiubere, non sunt recipiendi à Ciuitate, vt dicit Dominus Clarus; quia hoc modo non obuiatur scandalis, sed sunt §. carcerandi, vt fideiubeant; & de dicta protestatione non est curandum, etiam si ipse ex officio coactus fuerit ad praestandum dictam cautionem, quae data fuisset cum conditione, quod ab altera parte praestetur similis, & reciproca, alias non intelligatur data, ciliet, quando timor sit vanus, ut est, quando pars est senex, uel non apta ad offendendum: & si fideiussio fuerit fracta, poena erit exigenda non obstante dicta protestatione, & quod ex aduerso aliqua fideiussio praestita non fuerit, ita tradit Franch. in decif. 359. per totam volumin. 2. Idem tenuit Hercul. in tract. de cautione de non offendendo, capitulo trigessimoprimo, nu. 9. & ex tradit ibi etiam probatur, quod dicta protestatio nihil operatur, quando fuit facta ab eo, qui cautionem spontè dedit; lecus si iussu iudicis; nisi timor esset vanus, vt dixi.

Item adde, quod §. si filius naturalis praestit fideiussionem de non offendendo patrem, ipse etiam tenetur reciprocam praestare fideiussionem filio instante, vt decisum fuit per sac. Reg. consilium teste Franch. in decision. 418. volumine secundo. Et ego dum eram Gubernator Ciuitatis Spoletanae, vbi duabus vicibus fui Gubernator, pluries tam ex officio, quam ad instantiam partium, fuerunt praestitae cautiones inter patres, & filios legitimos, & naturales de se non offendendo, & si disputatum fuisset (prout in casu superscriptae decisionis) interim se offendissent, quia Spoletani habent manus nimium promptas ad se offendendum, & iniurias vindicandum. Baiard.

g *Resp. quod non.* ] Farin. d. q. 107. artic. 2. primae partis numer. 11. & 12. & 19. 22. & 23. Ros.

h *Custodiam.* ] Ianc. v. puto, saluam guardiam appellat, quam nos dicimus fideiussionem de bene, recteque viuendo; Non enim in nostro statu strictior datur fideiussio: Franci illum, cui committitur talis custodia, appellant Gardiatorem, Gulielm. de Cuneo tractat. de securitate, sub numero 28. & an si ille, qui datus sit sub ista salua guardia reperiat occisus, possit Gardiator torqueri sine alijs Indicijs, si non caueat aliunde de delicto; quod sic, idem Guli.

Guli. vbi supra numer. 37. allegat in arg. auth. Vt lic. Matri, & Aui, §. pen. quae est auth. si quis, C. de adult. & ad Syl. l. singulariter autem No. quod si aliquis confusus sub tali fideiussione vulgo appellata de bene viuendo vt supra, casu 24. quod si existens rem venderet §. duobus, non diceretur bene vixisse, Fab. de Mór. Tract. De empt. & vend. 3. q. princ. sub numer. 50. allegat Gloss. in l. 2. C. de dign. libr. 12. At quod ad determinationem temporis, de quo infra versic. Item quaro. credo, quod in eodem statu fideiussio in determinatè duret per annum tantum, stante statuto in ciuilibus, Titul. de Debitoribus cogé. Rub. 36. vide Menoch. d. Tract. de Arbitr. iudic. lib. 2. Centu. 1. cal. 41. & melius Cent. 4. cal. 338. Drogh.

*Custodiam.* ] Adde per Syl. nup. lib. 1. numer. 76. Giach.

i *Et haec custodiam appellamus saluam guardiam.* ] Adde §. in hac materia salua guardiae decif. Pedem. 88. vbi plenè, vt Guid. Pap. decif. fio. 418. Ioan. Feral. in tract. de priuileg. Regni Franciae super consuet. Burgun. in rubr. des. iusticias, versic. aduerte tamen, num. 46. fol. 16. & in Catal. glor. mundi in parte 1. nu. 118. & 165. & Neuz. conf. 83. vbi ponit differentiam inter saluam guardiam generalem, & specialem, vide etiam Menoch. de arbitr. iudic. dicit. cal. 33. Baiard.

k *Salua guardiam.* ] Adde, quod salua guardia data ex aliqua causa, cessante causa cessat, licet non fuerit abolita, & est perinde ac si data non fuisset per Herc. d. tract. c. 50. numer. 56. Giach.

l *Sed quaro quomodo.* ] Adde, quid agendum, quando quis petit sibi dari cautionem de non offendendo à forense. Felin. in rub. de tregua, & pace in 4. declaratione Ias. in l. super possess. num. 7. C. de transf. & Melch. de Facinis consil. 78. inter consil. crim. diuersi. vol. 1.

Item adde, quod isti fideiussores de non offendendo sub poena, non possunt teneri ad poenam, neque cogi ex processu, banno lato contra eum reum principaliter ratione luxu corum maciae; etiam alijs indicijs, & praesumptionibus concurrentibus, sed legitima probatione requiruntur. Bero. in consil. 203. per totum volum. 3. nec ex dicto unius testis de visu, & contumacia asserta delinquentis, secundum Plot. in consil. 130. numer. 22. inter consil. crim. tomo primo, dicit tamen Vulpell. in tract. de pace quaest. 104. in fine, quod leuiiores probationes sufficiunt, quia contumaciae principalis filci

27 probationes plurimum eoadiuuant; & §. Alexand. in consilio 115. viso themate colum. 3. versic. quinimò, uolum. 4. tenet, quod in pace rupta, etiam si non esset plenè probatum delictum, sufficiat, quod in loco delicti sit publica uox, & fama notata, & sequitur Marfil. in l. de minore §. plurimum, colum. 3. ff. de quaest. & latissimè per Instin. Honden. in consil. 54. numero trigesimoquarto, & per toum, maximè concurrente condemnatione principalis, & quod delictum de nocte commissum fuisset inter consil. crim. diuersi. vol. 1.

Item adde, quod §. in statu ecclesiastico prouisum fuit per motum proprium Pij Quarti, de quo in Bullar. fol. 870. quod fideiussores de non offendendo teneantur ad soluendum poenam promissam per solam contumaciam principalis, ac si per testes plenè delictum, & contrauentio probata esset: non autem per hoc prohibetur, quin fideiussores ipsi comparere non possint, & ostendere se ex tali delicto non teneri secundum Bertazz. consilio 280. & 287. dummodo prohibitum non sit allegare nouam causam, §. quae in certis casibus allegari non potest per motum proprium Pij Quinti, vt latè posui infra ad versic. quaro nunc pone. Baiard.

m *Sit bone vocis.* ] Farin. dicta quaestione 207. parte prima, artic. 4. numero 36. 39. 40. 42. & 43. Ros.

n *Quanto sunt pauperiores.* ] Adde sic etiam contra pauperes sup. q. 8. versic. Scias tamen in fi. quaest. trigesimalertia, uersic. sed hic, ubi remissuè Drogh.

o *Item quaro, quanto tempore duret.* ] Vide superius: adde, quod potest reuocari ad iudicis libitum, etiam inuitis partibus, cum pendeat ex eius officio nobili; vt per Hercul. dicto tractatu de cautione capitulo duodecimo, numero septimo.

Item scias, quod castigantes ex iniuria sentitia, vt maritus, pater, auus, tutor, & similes, nisi adsit dolus, cautionem praestitam non fragant, vt per eundem Hercul. eod. tractat. cap. 34. numer. 10. Giach.

Item quaro. ] Ferinac. vbi supra articulo 5. numero 45. per totum. Ros.

Item quaro, quanto tempore. ] Adde §. Menoch. viden. in casu 141. de arbitr. iud. ubi habetur quanto tempore duret haec cautio. Baiard.

p *Sed quoniam.* ] Farin. d. q. 107. par. 3. numer. 404. Ros. Sed

tionem, & hoc dnmmodo sit bone vocis, & fama: Quis enim non esset de eo confidentium; sed debet iudex illum potius cogere, vt exulet; neque excusatio paupertatis esset hoc casu admittenda; nam homines male uide, & conditionis n. quāto sunt pauperiores, tanto etiam promptiores sunt ad delinquendum, cum non timeant confiscationem bonorum, qua non habent.

Item quaro, quanto tempore duret hęc cautio, & promissio de non offendendo. Respond. Aliqui dixerunt, quod tantum durat 30. diebus; & hanc dicit esse communem opinionem, Alber. in dicto §. ne potentiores post numerum quartum, versic. item quaro quanto. Sed certè hoc non seruatur in practica, sed solet limitari tempus arbitrio iudicis, & si intra illud tempus non cessauerit causa suspitionis, tunc iudex potest, ac debet cogere partes per aliquod tempus, antequam expiret, ad illam renouandam. Et aduerte, quia ex negligentia iudicum super hac reuocatione facienda, vidi ego in facto multa mala contingere. Et hanc opinionem, quod tempus, quo habet durare haec cautio, relinquantur iudicis arbitrio, dicit esse communem Ripa in rubr. ff. de damno infectu. numer. 23. quem refert Plaza in dict. cap. 7. numer. 4. & ab ea (praesertim stante consuetudine) nullo modo est in practica recedendum.

Item quaro, quanto tempore duret hęc cautio, & promissio de non offendendo. Respond. Aliqui dixerunt, quod tantum durat 30. diebus; & hanc dicit esse communem opinionem, Alber. in dicto §. ne potentiores post numerum quartum, versic. item quaro quanto. Sed certè hoc non seruatur in practica, sed solet limitari tempus arbitrio iudicis, & si intra illud tempus non cessauerit causa suspitionis, tunc iudex potest, ac debet cogere partes per aliquod tempus, antequam expiret, ad illam renouandam. Et aduerte, quia ex negligentia iudicum super hac reuocatione facienda, vidi ego in facto multa mala contingere. Et hanc opinionem, quod tempus, quo habet durare haec cautio, relinquantur iudicis arbitrio, dicit esse communem Ripa in rubr. ff. de damno infectu. numer. 23. quem refert Plaza in dict. cap. 7. numer. 4. & ab ea (praesertim stante consuetudine) nullo modo est in practica recedendum.